uice, q sambite cu exercitu impugnates dictu castru
adeo infesti fuerat i hac pugna, q quida fr inter alios
qui se ad defesione opposuerat, coactus fuit relinquere

balistam tesam & effugiens vix evasit, quā balistā quidā sambita tolles suspendit ad collū suū alii circumstantes admirati fuerūt ultra modū quid esset, quia prius talia nō viderūt & ī diversis locis manibus attrectātes, tandem quādā per depressionē resoluta claue, corda baliste collū eius pstrinxit ita ut post tempus modicū expiraret de quo facto postea balistas valde de cetero timuerūt

De destructione opidi kunigsbergk siti in monte sancte Nicolai

90 Circa eclesiā perrochiale sancti Nicolai ī mote iuxta castrū kunigsbergk, frēs locauerāt quoddam opidū & quia nō bene fuit firmatū superuenerūt sambite in prouise & captis & occisis pluribus hominibus, ipm penitus destruxerūt, vn̄ postea traslatū fuit ī valle īter pregorā & castrū, ī quo locū ī quo usqꝫ ī diē permanet hodiernū

De vastatione ville Dramenow & morte plurium Sambitarum

Nemo posset conscribere, & si scriberet vix crederetur, quā solliciti fuerūt frēs in impugnatione sambitarū ut eos iterū subderet fidei xp̄ane. Vn̄ debilitatis & effugatis hys qui ī territoriis Waldow, Quedenow, & Wargen & in ceteris locis aliis habitabāt: frēs cum exercitu contra territoriū pubete processerūt, & depopulata quādā villa dicta Dramenow, captis pluribus & occisis, dū cū magno spolio recederet hostes īsequuti eos invaserūt, & quasi ī fugam cōuerterūt, sed fr̄ Henricus Ulenbusch vir totus animosus ipis restitit, & adeo viriliter se opposuit quod alii resumptis viribus & audacia reversi ad preliū, plurimorū sambitarū occiderūt multitudine copiosam

De victoria fratrum contra Sambitas in territorio Bethen

91 In terra sambie ē quoddā territoriū dictū bethen in quo homines feroces habitabāt, & adeo potētes, qꝫ de una villa quingenti viri ad bellū habiles poterāt procedere, quos frēs de kunigsbergk soli invadere nō audebāt, Vn̄ rogauerūt magistrum de lyuonia ut de partibus suis aliquos frēs & armigeros ipis in subsidiū destinaret, assignātes diē & locū ubi in plures conuenire. Venientes itaqꝫ frēs de kunigsbergk cū suo exercitu ī termino pfixo ad locū deputatū, inceperūt dictū territoriū rapina & īcendio devastare, lyuonensibus adhuc nō venientibus, Vn̄ sambite commoti cōuenientes exercitū fratrū hostiliter invaserūt & dū eū vellet ī fugā cōuerti, cōpellentes ipos nimia hostiū potētia: exercitus frm lyuonēsiū cum multis & magnis dextrariis superuenit, sicqꝫ simul invadentes inimicos totū illū exercitū sambitarū ī ore gladii deleuerūt, captis mulieribus & parvulis habitatores huius territorii & circumiacentiū ī timorē redegerūt

De reformatione pacis inter frēs & Sambitas

Hys & variis afflictionibus castigati sambite a dno pmaximus fratrū & aliorū xp̄ifidelium, nō valētes amplius resistere psentatis filiys suis ī obsides subdiderūt se iterū fidei xp̄ane

De recidivatione Sambitarum de territorio Rinow

Sed inimicus humani generis diabolus qui pacē fidelium s[...]

mudet. & quieti suggessit his hominibus Sambie qui in territorio
Rinow fuerant constituti quod in apostbasie vitium iterum sunt relapsi
¶ Hi ergo congregati cum exercitu castrum Vischusen epi Sambie
sis impugnaverunt in quo nisi duo viri s. unus fr & famulus eius
fuerant illa vice, & ecce mira res pertussi atrisia exterdunt eos
malitia ipsorum ut zona seu corrigia pendente ante oculos ipsorum
non viderunt, quod si cum minimo digito manus sue traxisset certi
castri ostium aperuisset, & ipsum per consequens funditus destruxisset,
& sic post impugnationem aliqualem infecto negotio recesserunt

De destructione territorii Rinow & morte
habitantium in eo

Quod cum aures fratrum de Kunigsbergh devenirent indignati
ex hoc congregaverunt cum aliis Sambitis exercitum, & intrantes
dictum territorium Rinow omnes viros interfecerunt mulieres &
parvulos cum omni ipsorum substantia deducentes, sicque iterato quie-
vit in parte terra Sambie sicut prius.

De edificatione castrorum Capostv & Lotstete
in terra Sambie

92 Infra apostbasiam secundam castrum Capostv quod pruthenis nomi-
nant Surgurbi & in successu temporis castrum Witlandsort quod dicitur
nunc Lotstete, a nomine cuiusdam Sambite dicti Lautstete, qui
ibidem morabatur edificaverunt munientes ea ut facilius compes-
cerent malitiam Sambitarum.

De desolatione castri Girdavie

Hoc tempore quidam dictus Girdaw cuius progenies adhuc
dicitur Venetalia zelator fidei & fidelium habuit in terra Bar-
thesi castrum dictum a nomine suo Girdaw hic post multa
bella & impugnationes quas a compatriotis suis apostatis susti-
nuit dum omnino deficeret ei victus, combusto castro cum omni domo

& familia sua ad fratres de Kunigsbergh repedavit

De morte VI fratrum & plurium
christianorum in castro Wetstote
pila

In eadem terra Barthesi ut quidam referunt fratres habebant castrum
dictum Wetstotepila situm in littore fluvii Gobonis quod fratres
quadam die exercitum Pruthenorum qui duas villas ibi depredaverant
sunt sequuti sed Prutheni erumpentes de insidiis quas statuerant
sex fratres & plures christianos occiderunt

De desolatione castri Wetstotepile

Nec dum saciati Prutheni incommodo fratrum collegerunt magnum
exercitum, & obsidentes castrum Wetstotepilam tota die usque ad
crepusculum fortiter impugnaverunt fratribus ex opposito viriliter
se defendentibus, sed cum Prutheni infecto negotio recessissent
fratres considerantes infirmitatem castri, & quod non possent tam graves
impugnationes amodo sine magno periculo sustinere combusto cas-
tro, secrete recesserunt

De castro Wisenburgk & morte XX fratrum
& plurium christianorum

93 Castrum Wisenburgk quod a Pruthenis Walewona dicitur, situm
fuit in terra Barthesi in littore fluminis Gobrionis, ad quod de Sudo-
via & aliarum nationum partibus venit exercitus de depredato ter-
ritorio circumcirca recessit quo facto quidam de familia fratrum
consuluit eis ut sequerentur sine omni timore Cui fratres consentientes, cum
suo exercitu velociter sunt sequuti, set dum statim eos non invenirent
adelebat recedere, quod ille traditor prohibuit promittens bona fide
quod circa flumen quod dicitur Wangrapia eos sine dubio inveniret

~~volebant redire~~ Cu loco dum apropinquaret sicut pordinatu
fuerat inimici repente insiluerunt in eos quod videntes fres asten
derunt quanda motem vicinu & de illo se longo tempore viriliter
defenderunt cadebantque ex utraque parte plurimi interfecti, tandem
permittente dno pruthem prevalentes xx fres & totu exercitu fo
rum occiderunt

De desolacione castri Wisenburgk

Hoc castrum Wisenburgk a pruthenis fere tribus annis fuit ob,
sessum & erexerat tres machinas cu quibus cotidie castru impug
naverunt tandem fres una violenter rapientes, duxerunt ad castru
& cu ea se multo tempore defenderunt ¶ Non longe postea defi
cientibus oio victualibus, fres cu suis armigeris relicto castro se
crete Anno dni MCCLXIII recesserunt, dirigentes via sua versus
ducatu Masovie quo intellecto dux dyvanus tunc barthoru
capitaneus cu multis armigeris eos sequens, no posset comprehendere,
qui ca equi iporu lassi substiterant ipe assumens sibi XIII viros
i velocioribus equis, precessit alios, & dum appropinquaret invenit
fres ia famie deficientes & p lassitudine no valentes ad bellu &
invasit eos viriliter, & i primo congressu occidit tres, alii ad de
fensione se oponentes dictu dyvanu graviter vulneraverunt
& ex tunc cessavit a bello & fres cu suis i pace recesserunt

De destructione castri Crucebuergk

Anno domini eode s. MCCLXIII du castrum Crucebuergk a nat,
tangis fuisset tribus annis, tribus machinis & tribus propugnaculis
obsessum, fres cu familia sua post multa bella gloriosa ibidem ges,
ta deficientibus oio victualibus, secrete noctis tempore de castro
recesserunt, ¶ Quod cu perciperent pruthem sequuti sunt eos, & oms
pter duos fres i ore gladii occiderunt

De impugnacione castri. barcenstem

4 In castro barthestem fuerunt fres & alii armigeri CCCC tpe obsi,

 76

dionis, fecerantque pruthem tria propugnacula i circuitu castri
i quibus continue fuerunt MCCC viri i armis expediti habebant
& tres machinas quibus ipm impugnaverunt ¶ Sed anqua desolare,
tur, pter innumera facta plura per fres ibidem gesta Erat quidam
vir dictus miligedo i dicto castro bartestem qui adeo virilis fuit,
q per morte ipsius pruthem estimabant se occidisse parte media
obsessoru, Vn collegerunt consiliu quomodo ipm dolo traderent
& occiderent & excogitatis variis tradicionu fraudibus, tandem
inceperunt per huc modu ¶ Ordinatis primo insidiis miserunt
quendam Viru i armis strenuu qui sicut golias agmina fi
lioru israhel obsessoru milicia exprobraret clamans alta voce
dixit Si e quisquam i castro qui audeat me aggredi i pilio
singulari egrediatur ad me foras, ¶ Quo audito miligedo
petita licencia fratru & obtenta, egressus e, & illu fugie
tem sequutus, sed du ruptis insidiis hostes cu magna turba
videret venientes, ipe occiso illo fugit, ad silva & per occultas
vias ad castrum barthestem e reversus ¶ Hys modis & alys modis
eu totiens temptaverunt q in fine ipm decipientes occiderunt ¶
Eodem modo quidam vir dictus troppo totus magnanimus & fi.
dei Zelator ab eis occisus fuit ¶ De quoru morte facta e leticia
magna i populo pruthenorum, & tribulacio nimia fribus, e converso
sed ut fres gaudiu iporu i luctu converterent & dolore, suspe
nderunt i patibulo facto an porta castri XXX. obsides pruthenoru
quos captivos tenebant, ex quo accidit, q cum pruthem viderent
filios & consanguineos suos suspensos, planxerunt & ipi similiter
planctu magno

De destructione triu propugnaculoru
& occisione multoru pru,
thenorum

Post hec surrexit quedam altercatio inter familiam fratrum & pruthenos existentes in obsidione pro quodam caldario, qui deceebat deferri de uno propugnaculo ad aliud, in quo pruthenj conservata secta vitj temporum decoquere consueuerunt: ad hanc pugnam uenerunt fratres cum telis & facta fuit inter eos bellum magnum tandem fratres uolente domino caldarium uiolenter optinuerunt, & procedentes ulterius illa tria propugnacula penitus destruxerunt, ita quod de M CCC viris qui ad defensionem temporum fuerant ordinati, vix aliquis morte euasit & de parte fratrum solus marsaltus ceciderat interfectus

De desolacione ~~ciuitatis~~ castri Barthenstein

Reedificacio denuo propugnaculis cum in quarto anno scilicet domini M CCLXIII fratres deficientibus uictualibus non posset amodo resistere pruthenis deceperunt eos tribus uicibus in hunc modum ¶ fratres cum tota familia sua se inimicis castri sub silentio a mane usque ad horam nonam occultauerunt & dum pruthenj uiderent quod nullus in castro compareret putabat obsessos effugisse & audacter accedentes inpugnauerunt castrum, sed fratres exeuntes de insidijs ipsos repulserunt multos sagittis & ictibus occidentes & letaliter uulnerantes

Tandem post infinita pericula & bella, quidam frater deuotus rogauit deum ut ostenderet ei quid in hac necessitate tutius esset aggrediendum Cui vox celestis missa intulit Judea & ierusalem nolite timere cras egrediemini & dominus erit nobiscum constantes estote uidebitis auxilium domini super uos ¶ Qua audita sequenti die fratres diuidentes se & suam familiam in duas partes quarum una uenit ad castrum kunigsbergk, altera in elbingam, assumptisque reliquijs sanctorum, relictoque in castro quodam fratre sene decrepito & ceco, qui ipsos sequi non poterat recesserunt ¶ Idem tamen frater qui mansit in castro ad singulas horas canonicas signum dedit more solito cum campana ¶ Tandem cum

diucius occultari non posset, accesserunt successiue hostes ad castrum & dum uideret eis nemine resistere, intrauerunt, & cetero suo castrum ad usus suos conseruantes multa de ipso contra fratres prelia exercebant

De inpugnacione castri Wilow

95 Hoc tempore prutheneorum sudowitarum et lethowinorum exercitus ualidus intrauit terram sambiensem, & ordinatis lethowinis cum una machina ad unam partem & alijs cum altera ad aliam, castrum wilow obsederunt, per octo dies cottidie impugnantes, tandem uno die dum omnes ad pugnam accederent sagittarij cum telis, machine cum lapidibus, alij cum lignis & straminibus ad combustionem castri, & reliqui diuersis modis obsessos inquietarent: Henricus tupadel qui postea factus fuit frater ordinis domus theutonice, uir strennuus in armis, & arte balistariorum plenius edoctus populum obsessum animauit ad defensionem, & cum eis igne sepius apposito ad comburendum castrum extinxit In hac durissima pugna plures infideles fuerunt occisi & letaliter uulnerati. Sed henricus predictus quendam uirum nobilem & potentem capitaneum lethowinorum, cum balista sagittans telo tetigit & occidit, & ex alia parte quandam magistrum qui ad reparationem machine ascendit summitatem eius sagittauit & cum telo affixit ad machinam manum eius, quo uiso infideles territi ab obsidione recesserant

De morte fratris helmerici magistri & XL. fratrum & plurium christianorum

96 Eodem Anno henricus monte capitaneus Nattangorum cum ualido exercitu intrauit terram Colmensem & preter populum multum

& altaria: terra predictam inestimabile q[uo]d secum duxit omnia edificia
extra munitiones sita combussit & terram illam Xanorum sanguine ru-
bricauit ¶ Quod cum ad aures fratris helmerici magistri deueniret, co-
uocauit omne uirtute exercitus sui grassatus est eos usque ad
terram lubouie, & ordinato exercitu suo ad prelium eos uirili-
ter est aggressus pruthenj autem uallati indaginibus fortiter i pri-
mo restiterunt sed tandem fugerunt & Xani sequentes eos dis-
persi fuerunt & licet in hac fuga plures occidissent tamen pru-
theni cum uiderent paucos uiros circa uexillum contra eos redierunt
ad indagines, & incipientes nouum bellum quod diu durauit ultimo per
materie diuino iudicio mtophesibilia sunt iudicia magistrum & fratrem
theodoricum marscalcus & xl. fratres & totum exercitum Xanorum
interfecerunt ¶ Facta fuit tanta plaga i populo dei ut esti-
maretur maior quam illa que precessit i conflictu curoniensi quia
licet hic tot non essent occisi sicut ibi tamen quasi omnes electi & pelec-
ti uiri quorum sapientia & industria a terra prusthia & bellum rege-
batur sunt extincti ¶ In hoc loco certaminis postea quidam
heremita habitans, uidit noctis tempore candelas ardentes pluri-
mis uicibus quod interfectos ibi iam corona martirii apud regem mar-
tirum manifestius declarabat

De fratre lodowico magistro
terre prusthie. VI.

97 frater lodowicus de baldesheym magister prusthie. VII. prefuit
annis. VI. Anno domini MCCLXV. hoc tempore frater fridericus
de holdenstete fuit Marscalcus

De aduentu multorum peregrinorum

Volante fama destructionis castrorum omnium que predicta sunt, per alma-
nie partes commoti sunt reges & principes & ut erat dei i prusthia

partibus per multa Xanorum sanguinis effusionem complantatam quod non
deficeret sed per ipsorum uirtutum aduentum, sumeret debitum incremen-
tum ¶ Ideo Anno domini MCCLXV. dux de brunswich & lantgra-
uius de thuringia ¶ Anno eiusdem MCCLXVI. Otto marchio
Brandenburgensis & filius eius & frater carnalis ¶ Anno eiusdem
MCCLXVII. Ottackarus rex bohemiae multis stipati militibus
& potentia armatorum uenerunt prusthiam in subsidium dicte terre
ut intelliget rebellione compescerent pruthenorum ¶ Sed quia nescit
cum uenit hora i qua deus uellet misereri populo suo, sed amplius
castigare: desideratum desiderium dicti principes propter mol-
liciem hiemis non poterant deducere ad effectum, sed derelictis Xpi
fidelibus terre prusthie i magnis periculis ad propria sunt re-
uersi. De fratre Vlrico & morte .l. pruthenorum

Hoc tempore fuit frater ulricus de megdeburgk i conuentu kunigsberck
qui adeo fortis erat in corpore quod plurium uirorum uires excederet
accepit .n. duos armigeros qualibet cum uno digito per cingulum, &
eos i sublime ipsis renitentibus eleuauit ¶ Hic ordinatus fuit cum
quibusdam fratribus & armigeris ad custodiam nauium Xanorum, que per mare
uenerant ad terram prusthie ~~quas~~ quas pruthenj antea sepius destrue-
erat ¶ Vnde accidit quod cum ipse cum paucis circa naues predictas remau-
sisset uenerunt pruthenj armati cum V. Xambus & dum ad destruendas
naues suas appropinquaret frater ulricus accepit malum de naui sua & illo
unum naues percutiendo tot submersit quod l. pruthenj cum nauibus suis sunt
submersi. alij hec uidentes perterriti recesserunt

De edificatione castri Brandenburgk

Anno domini MCCLXVI. Marchio Brandenburgensis ut premissum est
cum multitudine pugnatorum uenit ad terram prusthia, & cum
aliud agere non posset de consilio magistri & fratrum edificauit castrum

Brandenburgk, quod a nomine Marchionatus sui ad perpetuam
memoriam sit voluit appellari

De morte Swantepolci ducis Pomeranie ducis Pomeranie et rebellione Mestowini filii sui contra fratres

Hoc anno Swantepolcus dux Pomeranie decidit in lectum
et ut cognovit quod moreretur vocavit ad se filios suos, et pro
testamento ultimo quod morte confirmavit dedit eis hanc doctrinam
dicens ¶ Postquam inter me ex una parte et fratres domus theu
tonice ex altera bellum creavit ego semper decrevi per fas et per nefas
et modis variis impugnavi eos, et non profeci, quia deus cum eis est
et pugnat pro eis ¶ Unde consulo quod numquam vos eis opponatis
sed cum omni reverentia honorate ¶ Huic doctrine non adhesit
Mestowinus primogenitus eius sed mortuo patre dum esset dux
Pomeranie temerario quodam ausu sequens frustra patris sui
prima vestigia, induxit Pruthenos quod cum exercitu terram Colmen
sem et episcopatum Pomesaniensem ex opposito castri sui Nuwen
burgk destrueret incendio et rapina et XV. naves fratrum one
ratas rebus necessariis ad defensionem fidei et fidelium pru
thenie ex una parte Wisele, et castrenses de Nuwenburgk ex al
tera fortiter impugnaverunt quousque naute coacti, cum aliter eva
dere non possent, eiectis de navibus rebus omnibus evaserunt

De vindicta huius rebellionis

Quo percepto magister et fratres collecto magno exercitu intravit
in die beatorum Petri et Pauli apostolorum terram Pomeranie circa
Castrum Nuwenburgk, et post in autumpno sequenti circa [illegible]
et castrum Zwetzam et utriusque castri territoria circumiacentia captis

multis hominibus et pecoribus incendio devastavit ¶ Quo facto
Mestowinus dux Pomeranie qui prius tamquam leo sevit in fratres et
coram subditos incendio et vexatione huiusmodi mitigatus cum multis
precibus humiliatus se optinuit a magistro, quod inter eum et magistrum
et fratres fuit pax pristina reformata

De destructione castri Brandenburgk

Frater Fridericus de Holdenstete commendator de Brandeburgk
cum fratribus et armigeris suis profectus fuit ad territorium Natta
gie quod dicitur Solidow circa castrum Kruceburgk, et per incendia
et rapina occisis et captis plurimis devastavit ¶ [illegible] occurrit
ei nuncius qui dixit quod castrum Brandenburgk esset destructum
per hunc modum ¶ Quedam mulier pruthena similis proditoris filia beli
al retulisset de dicto castro Glapponi capitaneo Warmiensium fratrum
absentiam recitavit qui cum multis armigeris veniens [illegible] expugnavit
¶ Quo audito commendator turbatus venit cum suis versus Kurnigs
bergk et reversus navigio Brandeburgk fratres et aliquos de fami
lia sua, qui se in turri lignea dicti castri defenderunt ab impetu
et impugnatione Pruthenorum, salvos secum duxit

De reedificatione castri Brandenburgk et laudabili vita cuiusdam fratris ibidem

Marchio de Brandeburgk intelligens, quod castrum per eum edificatum
esset a Pruthenis destructum turbatus est, et collecto iterum magno
exercitu rediit pristinam, et de magistri et fratrum consilio ad eundem locum
castrum aliud eisdem nominis instauravit ¶ In hoc castro fuit qui
dam frater Hermannus de Lichtemburgk nobilis, qui preter alias cas
tigationes et abstinentias quibus se afflixit continue circa corpus

suum nudum lorica pro camisia utebatur, unde accidit quod sup-
inductis aliis armis, dum ad bellum proficisceretur, impetuose se
haberet sicut in tali negotio est consuetum, in tantum caro ei
corrosa fuit, ac si fuisset scorpionibus lesa. Pro quo cum frater Pe-
trus sacerdos confessor ipsius eum redargueret, asserens quod tempore
belli deberet loricam deponere propter armorum gravedinem
aliorum, Respondit quod nulla necessitas ad hoc eum posset ar-
tare quod nunquam eam deponeret. Sed in ipsa nocte sequenti
apparuit ei beata virgo maria, que tactu placide manus sue
corpus sanavit, sic quod dum eum frater Petrus predictus iterum videret
nulla corruptionis cuiusvis in cute ipsius macula comparebat.

De fratre Conrado magistro pruschie.

VIII

Fr. theodoricus de gatersleben magister terre pruschie octavus
prefuit V annis. Anno domini MCCLXXI et hoc tempore fuit
& Marschalcus, fr. conradus de tierbergk senior

De vastatione terre Nattangie per
dominum theodoricum marchionem
misnensem

Anno domini MCCLXXII cum vidisset dominus afflictionem po-
puli sui in pruschia, Et iam venisset plenitudo temporis in quo sui vo-
luit misereri dominus theodoricus marchio Misnensis, filius illustris
principis domini henrici, de quo in bello pomesanorum superius est
premissum. Venit ad terram pruschie cum multitudine pugnato-
rum, & dum assumptis sibi magistro & fratribus hostes vellet aggre-
di invenit propugnaculum in introitu terre Nattangie fir-
matum multis armigeris, qui ingressum dicto principi prohibe-
bant. Sed fratres theodoricus & guntherus germani de regenstein

assumptis sibi fratribus & armigeris dictum propugnaculum
occisis & captis omnibus destruxerunt. Hoc facto dictus
princeps sequens sacra patris sui vestigia, tanquam leo intre-
pidus qui ad nullius pavet occursum cum exercitu suo processit
sit intrans terram Nattangie usque ad forum quod dicitur Gerkin,
ubi mansit tribus diebus & noctibus, singulis diebus perlus-
trans nattangiam in medio & rapina. Tantamque fecit in eis
stragem quod sequenti anno se fidei & fratribus iterum subjece-
runt. Hiis itaque sic gestis idem dominus marchio rediit
ad partes suas, non tamen sine suorum discrimine, quia de popu-
lo suo in prima impugnatione propugnaculi predicti & in vasta-
tione terre Nattangie .L. viri a pruthenis ceciderunt interfecti.
Hic deo devotus princeps preter multa alia beneficia, que pro
statu terre pruschie fratribus impendebat XXIIII viros nobiles
& in armis de familia sua vestiri fecit in optime domus
theutonice & providens eis habundanter in omnibus que ad reli-
gionem & militiam fuerant necessaria reliquit in terra pruschie

De fratre Conrado magistro pruschie

IX

Frater Conradus de tierbergh senior magister terre pruschie IX
prefuit VI annis. Anno domini MCCLXXIIII. Hic cum magistro
generali vocatus ad capitulum mortuus est in via

De morte henrici monte capitanei
Nattangorum

Post huius principis recessum Nattangi inceperunt trepidare
timore ubi aliquando non erat timor, Nusquam fuit locus adeo oc-
cultus ubi non timeret sibi periculum iminere. Unde accidit quod
Henricus monte Capitaneus ipsorum cum quibusdam suis compliciis

bus secessit in desertum & dum solus sederet in tentorio suo sociis suis in uenatione exeuntibus, superuenerat ex insperato rerum euentu fres henricus de stonebergk commendator de cristburgk & fr. helwicus de goltbach cum quibusdam armigeris. & uiso hercus gausi sunt ualde & capientes eum ad arborem suspenderunt & suspensum gladio transfixerunt

De morte glapponis capitanei
Warmiensium et subiectione
Warmiensium &
Kattangorum

Glappo Capitaneus warmiensium habuit quandam uirum sibi subiectum dictum steinow quem tenerrime dilexit. saepius eum a multis periculis liberauit, Sed ille immemor beneficii sibi ab eo praestiti, retribuebat mala pro bonis, & odium pro dilectione. Cogitauit enim qualiter ipsum in mortem traderet, & ut hoc posset deducere ad effectum, Inuitauit ipsum ad expugnandum castrum quoddam situm in terra sambiae circa litus maris recentis fere ex opposito castri brandenburgk, assignans ei diem quo cum suo deberet exercitu aduenire ¶ Medio tempore iste steinow uenit ad commendatorem de kunigsbergk & factum huiusmodi prodidit consules ei ut cum exercitu suo secum iret. qui annuens consilio suo, assumptis sibi pluribus fratribus & armigeris uenit, & glapponem cum exercitu suo in obsidione dicti castri inuenit & irruens repente in ipsos omnes occidit, Sed glappone secum duxit kunigsbergk, & in monte qui a nomine suo usque in

presentem diem dicitur mons glapponis suspendit ¶ Occisis ergo capitaneis & aliis per quos bellum regebatur Kattangi & warmienses se fidei & fratribus iterum submiserunt

De bello singulari omnium
castrorum & ciuitatum
terre prussiae
in secunda
apostasia
a primo
de
balga

Premisso in generali de bello secundae apostasiae descendendum est ad singulare prelium cuiuslibet castri & territorii terre prussiae ¶ Unde non moueat lectorem si aliqua bella infra secundam apostasiam posita uel ponenda non inueniat eo ordine quo sunt digesta quia iam transiuerit a memoria hominum nunc uiuentium quod nullus de ipsis posset se modo debito expedire: factum quidem pro maiori parte ponitur sed tempus debitum non seruatur, Unde per anticipationem multa reperies hic posita & descripta ¶ Postquam warmienses Kattangi &

Anno domini MCC LXX VIII Kalendas septembris, lodewicus rex francie cum duobus filiis suis & multis principibus iter assumpsit pro recuperatione terre sancte ipse cum uno filio & multis aliis in via moriebatur ¶ Hic christianissimus rex post multas orationes has intulit Introibo in domum tuam adorabo ad t. s. t. & confi. n. t. do. et hoc. dicto in domino obdormiuit ¶ Alia pars exercitus progressit & cum ad eos karolus rex sicilie cum suis ueniret gausi sunt, & in tantum angustiauerunt soldanum & suos quod oportuit eos inire pacem sub hiis pactis quod ipse soldanus

Barthi Anno dni MCClx aposta
tassent a fide & fidelibus circuiuit
terras suas armata manu. & quotquot
inuenerunt xanos occiderunt, muli
eres & paruulos captos deduxerunt
¶ Post hec processerunt uersus bal
gam & equos fratrum & pecora spolia
uerunt, quod una secum pluribus uicibus fac
tum fuit.

De occisione .iii. fratrum
& xl uirorum

Non longe postea duo nobiles & po
tentes stumo & stuke cum magno ex
ercitu uenerunt ante balgam fratres cum
suis occurrentes eis duos pruthenos
nobiles occiderunt, hac die fuit tanta
nebula quod nullus alium a longe uidere
potuit, unde factum fuit quod dum fratres
pruthenos recedentes uellet inuadere
quia media pars exercitus ipsorum
transiuit paludem illi qui insidiis
latitabant erupuerunt & tres fratres cum
.xl. uiris interfecerunt

De morte quorundam
peregrinorum

In principio fundationis sue in castro
de balga fuerunt fratres & armigeri a
deo magnanimi & audaces quod uix
aliquis exercitus hostium poterat ab

ut xanos captiuos
redderet & quod ec
clesias dei destructas in
omnibus ciuitatibus
regni sui admitteret
ut fides christi predica
retur in toto regno suo
& qui uellet babtizari
babtizarentur & quod ipse
fieret tributarius xa
nis ¶ Hoc facto uenit
Eduardus rex anglie
cum multitudine friso
num & peregrinorum &
computabatur in toto
exercitu .c. milia
pugnatorum & spe
rabat xani quod non so
lum terram sanctam
sed & terram sarrace
norum sibi deberet sub
iugare, sed exigentibus
peccatis totus exercitus
xanorum est dispersus
ita quod de illo nulla
alia utilitas est sequuta
ta quia ipse patriarcha
legatus rex nauarre
sunt defuncti.
¶ Anno dni MCCl

ris recedere sine damno Unde contigit quod cum
pobrauo cum Nartangis & Warmiensibus exer
citu congregato premitteret noctis tempore mul
tos pedites ad campum de balga & ipse mane sequens
cum equitibus pecora fratrum recepisset, occisis tri
bus uiris qui custodiebant ea: frater gerardus de re
no & plures alii fratres cum armigeris sequentes eos
dictum pobrauone & sex uiros occiderunt & predam
de ipsorum manibus eruerunt

De bello Ciuium de brunsberg
infra secundam apostasiam
& castrorum Castri &
Ciuitatis

Dominus & frater Anselmus ordinis domus theutonice
episcopus Warmiensis, edificauit castrum & ciuitatem
brunsbergh in illa insula in descensu fluuii serge ubi
ad duos iactus lapidis a loco ubi nunc site sunt, quas
pruthenim cum magno exercitu in primo anno secunde a
postasie obsederunt per unum diem fortiter impugna
tes ¶ Quibus ciues & castrenses se opponentes uiri
liter restiterunt, loca illa castri & ciuitatis ubi ad
itus poterat patere hostibus, turribus & quadrigis
& lignis aliis preclusere ¶ In hac impugnatione ex utra
que parte multi uulnerati, & quidam mortui ceciderunt, ta
dem cum non proficeret recesserunt ¶ Postea cogente necessitate
xl uiri de dictis castro & ciuitate, pro feno & lignis defe
rendis exierant qui omnes ab inimicis fuerunt interfecti
de quo ciues & castrenses territi desperabant quod non pos
sent ammodo resistere si insurgeret noua impugnatio
Combustis ergo castro & ciuitate recesserunt cum omni

XXII Grego
rius papa ix.
fuit ¶ Hic
sanctam hede
wigim duci
sam polonie
canonizauit
¶ Anno dni
MCC lxxiii.
Rudolphus
de astburgk
in regem ro
manorum est
electus, de
fratre
hartma
no magistro
generali
domus teu
thonice
VIII.
Frater hart
mannus de
helderunge
magister gene
ralis ordi
nis domus
teuthonice
viii. hoc tempore
fuit qui obiit
xiiii kalen
das septembris

familia sua nichil de omnibus rebus & utensilibus suis secum de
ferentes, nisi quantum poterat in humeris deportare quibus recede
tibus occurrerunt cum lx. viri xani, quos fres de Elbingo mi
serat eis in auxiliu sed du audiret q castrum & civitas esset
exusta, processerunt oms pariter in Elbingum Deinde Anno dni
MCClxxix, dominus henricus episcopus warmiensis civitatem & cas
trum brunsbergh in eu locu ubi nunc site sunt collocavit. Hic
episcopus dum primo post consecratom suam intraret episcopatu
suum no invenit nisi singulis annis de quodam molendino reddi
tibus totius diocesis una marca

De bello fratrum de Cristburgk in
secunda apostasia & de
quodam miraculo &
occisione multorum
pruthenoru

Frater theodoricus dictus Rode comedator de Cristburgk
infra secundam apostasia exyt cu fribus & peregrinis numero
certu & post depdatone tre pogesanie sequuta fuit eos innumera
multitudo pruthenoru quos dum su conflictu evadere no posset, co
fisus de misericordia dei vertit faciem sua ad eos, & du viriliter
aggrederetur in bello conversi sunt in fugam & fres & peregrini se
quentes ipos tot occiderunt q nunquam a paucis hominibus uno die
tot fuerint homines interfecti et captivi aut qui ligati ducebantur
a fribus, dixerunt q vidissent mariu bellantem una pulcherrima vir
gine vexilla frum in aere ducente, de qua visione tam meticulosi
facti fuerunt & emarcuit cor eoru, q nullus ad defensione ponere
se audebat

De expugnatione cuiusdam propugnaculi

Congregati pogesani rursum bella movere volunt, & procedentes usque
Cristburgk, quoddam castrum situm iuxta ipsum in quo fideles porte
cristiani habitabant fortiter impugnantes tandem intraverat potenter. &
captis & occisis hominibus preter eos qui ad castrum Cristburgk
confugere poterant dictum propugnaculu funditus destruxerunt

De morte duodecim fratru & quamplurimorum
virorum & de destructione civitatis
Cristburgk castri pomesaniorum
suum & suburbijs suis &
occisione plurium XX
morum

Diwanus dictus dekene capitaneus barthorum, & linko poge
sanus cu magno exercitu intraverunt terram Colmensem & dum ad
clamorem huius exercitus fres de Cristburgk, & alij convenissent
ad terram colmensem, pogesani ut diwanus procuraverat, cu va
lido exercitu equitu & peditu venerunt ad castrum dictum Cran
pere, situm infra Cristburgk & Mergeburgk in cuius obsidione reli
querunt pedites & quidam dictum Colte ipis capitaneu prefecerunt,
Sed equites transiverunt usque ad territoriu dictum algent in quo
nunc sita e castrum Mergenburgk & usque ad insula sancte
marie, occidendo, capiendo & cremando quicquid in via eis occurrit
Quo intellecto fres de castris pusilia & wischovia cu suis
armigeris venerunt fribus & civibus de Cristburgk iam in ar
mis paratis in auxiliu & dum fres procedentes appropinquarent
castro obsesso pruthenj cessantes ab impugnatione conversi sunt in
fugam In hac fuga & impugnatione castri multi pruthenj
occisi fuerunt & letaliter vulnerati, & Colte capitaneus coru

& tandem gladio interfectus, sicque pedites fugientes occurrerunt equitibus de quo territi congregaverunt se, & equites & pedites ~~fugientes occurrerunt equitibus~~ & in littore Sirgune castra metati sunt fratribus ex opposito se locantibus cum suo exercitu. ¶ Pruthenorum videntes quod sine bello evadere non possent, considerata oportunitate dum Christiani quasi nihil timentes sine custodia debita essent, imo etiam sellas de equis posuisset, mediam partem exercitus sui occulte premiserunt trans fluvium, qui Christianos retro, alii ante bello clamoso invaserunt, & antequam Christiani se possent preparare ad defensionem, occisi fuerunt XII fratres & quingenti viri circa villam Pogaste, reliquos fugientes ad civitatem secuti sunt & post modicam impugnationem potenter intraverunt, & civitatem & castrum Pogesanorum & fratrum suburbium penitus destruxerunt, captis & occisis omnibus preter illos qui ad castrum fratrum confugere potuerunt. ¶ Hoc tempore non remanserunt in castro Cristburgk nisi tres fratres & tres famuli & quidam Pomesanus dictus Sirenes, qui propter quedam delicta que commiserat fuit vinculis mancipatus. hic fratribus competentibus cum gladiis & lanceis tamquam leo intrepidus stetit in porta castri firmiter & prohibuit introitum hostibus quousque porta clauderetur. ¶ Quo facto quidam frater telo occidit quendam Pruthenum, cum XL. plures Christiani capti & ligati simul commissi fuerant custodiendi, & plures currentes ad castrum evaserunt perpetuam servitutem.

De morte plurium Pruthenorum

Divanus predictus iterum sitiens sanguinem Christianorum congregato exercitu valido territoria circa Cristburgk & Mergeburgk denuo depredavit putans quod nunc deberet ei ad votum succedere sicut prius, iam enim tot fratres & alios Christianos interfecit & captivavit, quod non credidit aliquos superesse, qui resistere possent ei. Unde premissis

exercitu suo cum spolio ipse cum paucis sequebatur. Sed fratres de Cristburgk & Elbingo cum modico exercitu, confisi in eo cuius virtute unus persequebatur mille & duo fugaverunt decem milia, venerunt ad fluvium Thobay ubi Divanum viriliter sunt aggressi, & quendam consanguineum ipsius dictum Dabore & totum populum occiderunt. Sed Divanus cum paucis non sine magna verecundia fugiens sic evasit. ¶ Reducentes ergo fratres predam quam de manu ipsorum eruerant, cum gratiarum actione ad propria sunt reversi.

De difficultate ducendi victualia ad castrum Cristburgk

Vallatis fratribus de Cristburgk undique potentia hostium, raro absque magno periculo & labore necessaria ipsis duci poterant de Elbingo. ¶ Unde accidit tribus vicibus quod dum per fluvium Sirgune talia ducerentur, & fratres & famuli rebus & vita sunt privati de quo tanta fames orta fuit in castro Cristburgk quod nisi Namile quidam nobilis de Pomesania captivatus existens cum adversariis, occulte cum diligens fidem & fratres non subvenisset castrum fuisset hominibus vacuatum. ¶ Quod cum Pruthenorum percepissent, indignati dictum Namile ceperunt & aquam bullientem in os eius fuderunt, & in medium ad ignem positum dissipaverunt, quousque semivivus vix posset respirare & sic eum fratribus transmiserunt, qui miserabilis multo tempore supervixit. ¶ Tandem iterum preclaudunt fratres in dicto castro, quod fratres necessitate famis coacti, fidelibus suis Pomesanis qui adheserant eis dixerunt & suaserunt ut recederent ab eis ad alia loca salvo iure & libertate ipsorum, ubi possent sustentari ne in locis fame moverentur. Unde paucis recessorum, manentibus aliqui recesserunt. ¶ Ecce mira dei & exuberans gratia, qui fratres istos & alios Christifideles non solum in isto castro verum etiam in tota terra Prussie misericorditer adimplevit, ut tales defectus quos in tota terra Prussie intollerabiles ex humanae vitae necessitatis omnino contrarios, in tanta patientia & mansuetudine tollerarent quod non sicut tristes sed tamquam supergaudentes credebant se paradisi deliciis interesse.

De fratre Engelkone viro laudabili in castro de Cristburgk

Hoc tempore in dicto castro Cristburgk fuit frater Engelko natus de westfalia, vir mire devotionis et abstinentie totus deo consecratus qui preter alia virtutum opera hoc insigne habuit in se quod tercia mitra carnis sue lorica ferrea utebatur pro camisia, et ante mortem suam quatuor tales loricas attritas vetustate et rubigine sic consumpsit

De bello Civitatis insule sancte Marie et destructione eius infra se cundam apostasia fuit

fidei xane et congregata cum multitudine

Pruthemi nec dum saciati sanguine xano iterum parant arma ad occidendum et flagellandum et crucifigendum xi fideles ut sic veniret super eos omnis sanguinis iustus, qui effusus est in terra prussie pro defensione fidei collecta bellatorum infra secundam apostasiam, processerunt contra civitatem insule sancte marie et ordinatis insidiis ad locum competentem, pauci comparuerunt, quos fratres et cives cum armigeris suis sequentes, in campo qui est inter civitatem et molendinum hostiliter invaserunt, plures occidentes et letaliter vulnerantes et cum iam speraret eos delere usque ad internitionem pruthemi qui ad insidias locati fuerant, erumpentes et omnes fratres et cives interfecerunt preter paucos qui confugerunt ad civitatem quos hostiliter sequebantur et post modicam impugnationem civitatem expugnaverunt et partim captis aliis trucidatis reliqui ad castrum fugerunt et salvati sunt. Destructa igitur civitate funditus incendio cum preda maxima recesserunt

De secunda destructione civitatis insule sancte Marie

R

Reedificata civitate insule sancte marie per fratres cum magnis laboribus et expensis, accidit quod pruthemi cum magno exercitu depopulata terra Colmensi processerunt ad castrum belichow ... nobilis de pomesania dicti Iohannis filii Sirgimi situm supra Ossa de quo castro exiit frater Conradus Swevus de Elbingo cum multis armigeris et habuit cum ipsis hastiludium in quo plures ex utraque parte fuerant vulnerati. Quo facto accesserunt ad civitatem insule sancte marie et post longam et duram impugnationem eam penitus destruxerunt quibusdam fugientibus ad castrum aliis in quodam propugnaculo civitatis se defendentibus salvati sunt ceteri capti sunt vel occisi. In duabus hiis pugnis pruthenorum magna facta fuit irreverentia imaginibus sanctorum ab eis, vestibus sacris et aliis ad cultum dei dicatis et ecclesie sacramentis

De edificatione Castri Starkenbergk et morte plurium xanorum

16 . 56

Hoc tempore frater Anno Magister generalis ordinis domus theutonice mandavit magistro et fratribus de prussia, ut castrum in terminis colmensis et pomesanie ecclesiis diocesium supra Ossa edificaret, ipse in castrensibus vellet habitatores in necessariis providere. Ad cuius edificationem magister multum populum convocavit, et cum quilibet ibi in officio sibi tradito laboraret supervenit exercitus pruthenorum improvise et totam illam multitudinem interfecit. Sed longe postea iterum magister populum convocavit, et edificationem dicti castri per dei gratiam consumavit vocans illud Starkenbergk quod latine dicitur fortis mons, et multos fratres et armigeros

ad eius custodiam deputavit

De expugnatione castri Starkenbergk & morte plurium fratrum & xpianorum

Prutheni audientes dicti castri edificationem indignati sunt, & cum valido exercitu obsederunt, sed frater Conradus de Blandenburgk exiens ad eos in prelium vulneratus fuit .v. vulneribus ad mortem .v. que vulnerum xpi & occisus pro quo ipse domino sepius cum lacrimis supplicavit ¶ Deinde prutheni vallantes undique castrum ad impugnationem hostiliter processerunt fratres ex adverso se opponentes multos sagittis occiderunt & letaliter vulnerabant Tandem prutheni provocati in ira elegerunt potius omnes mori, quam infecto negocio ab obsidione recedere & accedentes propius post multorum utriusque partis occisionem dictum castrum expugnaverunt & occisis fratribus cum omnibus habitatoribus suis ipsum in favilla redegerunt ¶ Post multos annos postea dictum castrum vallatum fuit supra ossa in dyocesim Colmensem, & ibi usque in diem permanet hodiernum

De desolatione castri Spittenbergk

In terra pomesania fuit quoddam castrum dictum Spittelbergk in quo fratres habitabant sed cum in secunda apostasia totiens a pruthenis vexaretur, nec possent eis amodo resistere propter defectum necessariorum combusto castro, cum suis armigeris recesserunt & sic adhuc remanet desolatum

De bello terre Colmensis in secunda apostasia & primo de

fratre Heydenrico Colmensi episcopo

Frater heydenricus ordinis predicatorum fuit infra secundam apostasiam episcopus Colmensis ¶ De quo refertur indubitanter quod beata virgo maria civitatem pauperi viro apparuit dans ei literam dicto episcopo deferendam quam literam dum idem episcopus legeret invenit totam vitam suam in eo descriptam, & additum quod xpiani in terra prussie deberent a pruthenis vexari ad huc multis tribulationibus & pressuris

De obsidione civitatis Colmensis

Post hec venit exercitus pruthenorum ad civitatem Colmensem obsedit, de qua episcopus turbatus vocavit ad se nobiles & feodotarios in ipsius gens eis pro peccatis ut exiret & diligentius exploraret numerum exercitus & vallore Quibus exeuntibus occurrerunt quidam prutheni qui quibus convenerunt in bello, & unum ex eis virum longissimum qui plus quam ab humero ad & sursum omnes alios in longitudine excedebat vulneraverunt sed ad civitatem seminivum deducentes pro cuius captione capitaneus pruthenorum turbatus ultra modum, promisit recedere ab obsidione & nullum xpianum hominem nocere ut eis dictis vir sic vulneratus redderetur hoc ex utraque parte factum fuit

De morte plurium civium de Colmense

Tempore messium venit exercitus pruthenorum & xiiii. diebus occultavit se in nemore circa locum qui dicitur Vogelsanck ita quod singulis diebus pauci comparuerunt in campo & cives de messibus suis quod singulis diebus pauci comparuerunt in campo & cives de messibus fui gaverunt Tandem cum segetes essent mature nec amplius sine dampno possent stare, cives credentes exercitum recessisse, exierunt omnes ad messem quo viso prutheni cum magno & horribili insultu irruentes in eos, occiderunt viros & mulieres & parvulos in captivitatem perpetuam deduxerunt

De bello fratrum de Redino &
destructione Civitatis ~~colmē~~
ibidem.

Nullus posset ad plenum scribere vel dictare quanta fratres & burgienses
de Redino infra Senatum apostbasiam passi sunt pro defensione fidei
christiane a pruthenis quia per illum locum quasi continue fuit introitus
& exitus ipsorum ad terram colmensem ¶ Refertur quidam quod civitas
de Redino duabus vicibus fuerit expugnata castrique & occisi quicunque
reperti fuerant homines ibidem

De morte quorundam infidelium

De Redino quidam, & Martinus de Golin equitantes in solitudine
ad videndum si aliquid a casu occurreret eis, inceperunt in via errare
& in illo errore de tribus viris pruthenis occurrentibus eis duos occide-
runt, tercium ut eos ad viam rectam duceret conservantes, qui duxit
eos in terram inimicorum, cuius dolum cum videret occiderunt eum, & cum
festinantes recederent, a quinque pruthenis equitibus ipsos sequen-
tibus comprehensi sunt & ligati commissique custodie duorum, sed
tres pruthenis alii equum illius fratris qui effugerat sunt sequuti.
Quo facto dum isti duo Martinum ligatum vellent evaginato gla-
dio decollare ipse suasit eis ut prius ei vestes exueret ne sang-
uine macularetur. Cui consentientes cum brachia Martini sol-
vissent ipse erepto gladio ambos interfecit & soluto fratre illo
a vinculis ambo processerunt contra tres alios, & eos etiam pereme-
runt, & ex tunc ad castrum de Redino sine detrimento aliquo sunt
reversi

Item de Martino de Golin
& bello ipsius mirabili

Hoc etiam tempore XX. pruthenorum Poloniam depredati sunt de
mandato fratrum de Redino, Martinus de Golin predictis XVII.
sociis sequebatur, qui pruthenis reversi de Polonia invenerunt
custodes Martini dormientes & occiso uno aliorum postquam nume-
rum sociorum eius & locum ubi esset meditasset, ad arbore ligave-
runt ¶ Quo facto irruerunt in eos hostiliter Martino & sociis suis
viriliter se defendentibus ex adverso, multi sunt ex utraque
parte graviter vulnerati ¶ Quod cum videret quidam socius Mar-
tini qui minus fluvium vicinum ad capiendum cancros transnataverat
reversus arripuit gladium & clipeum cuiusdam interfecti, medius
intravit pugnam qui horribiliter sectus & vulneratus fuit ab eis.
Itaque quod in pluribus locis magna frustra de suo corpore de-
pendebant Adeo durum fuit inter eos bellum, quod fatigati utraque
parte nobilitanter consederent, tribus vicibus quieverunt & toties
nova pugna resumptis viribus, sunt aggressi, Tandem cum ca-
dens christiani ac pruthenis esset mortuus ille castus qui ligatus fuit
ad arbore, solutus a vinculis venit ad locum certaminis, & solum Mar-
tinum semivivum invenit, quem positum super vehiculum, equos arma &
res alia pruthenorum secum duxit in Redinum

De bello fratrum in Castro Wartenbergk
& morte plurium christianorum

Fuit Castrum quoddam in terra colmensi in quodam monte dicto War-
tenbergk sito in medio stagni trahens nomen suum ab eodem monte
in quo fratres cum multis armigeris habitabant ¶ Et accidit quadam
die dominica quod populus de circumstantibus villis esset in solatio & choreis
supervenit quidam exercitus de Sudowia improvise & totum illum
populum interfecit, mulieres & parvulos secum duces

De expugnatione castri Wartemberg

Quoniam tamen & quantumcumque gentes iste de xpiano sanguine funderent
non tamen a persecutione cessabant inebriatur. n. totis viribus ut eos usque ad
internitionem deleret, Unde Sudowite congregato iterum exercitu maiori
venerunt ad castrum Wartembergk & post multas impugnationes & duras
fratribus eis pro sua possibilitate resistentibus tandem ipsum cremando
funditus destruxerunt duos fratres cum tota familia occidentes & sic dictum
castrum usque in presens remanet desolatum

De destructione castri Bergelaw

Trinota filius regis Lethowinorum assumptis secum pluribus aliis gen
tibus usque ad xxx. milia virorum ad prelium congregavit & cum
appropinquaret terre prussie divisit exercitum suum in tres turmas, quarum
una misit contra Masoviam alia contra Pomezaniam & utramque terram ra
pina & incendio devastavit, reliqua intraverunt terram Colmensem. & preter
alia mala que ibidem fecerunt castrum Bergelow expugnaverunt pecora &
omnem suppellectilem fratrum & eorum qui ad dictum castrum confuge
rant deducentes, fratres & alii homines in quadam turri se defendentes sunt
salvati De bello tocius Colmensis terre

in secunda apostasia

de morte plurimorum xpianorum

Frater Hedenricus epus Colmensis dum capellam hospitalis infirmorum
de Thorun extra muros sitam, consecrasset, sed Pritheni qui huius
consecrationis promulgationem intellexerant, congregato exercitu populum
post consecrationem recedentem hostiliter invaserunt & interfectis vi
ris mulieres captivas & parvulos deduxerunt

De combustione hospitalis Tho
runensis & impugna
tione civitatis

Colmensis & destructione castri &
Civitatis Lubovie

Hoc etiam tempore Sudowite cum maiori exercitu quam umquam visus
fuit in Prussia intraverunt terram Lubovie & castrum & civitatem eius
cum hominibus funditus destruxerunt. Deinde circa castrum Strasberg
meantes, terram Colmensem diviso exercitu occupaverant per unam castrorum
ut populum ad ea confugientem occideret & captivaret. Post hec
venerunt Thorun & hospitale & quicquid fuit extra muros quod igne con
sumi potuit cremaverunt. Tandem venientes ad civitatem Colmensem
ipsam per diem & noctem fortissime impugnaverunt, licet nihil proficeret
civibus se viriliter defendentibus ex adverso. Sic dum dictam
terram per dies novem devastasset cum inestimabili spolio hominum equorum
pecorum & aliarum rerum recesserunt. De hoc exercitu quidam vir for
tis de Sudowia, mulierem xpianam que hoc tempore confugerat ad paludem
sequutus fuit, & cum eam vellet eruere illa fragilitate sexus sui ob
lita viriliter restitit, de quo ipse indignatus pollicem ei cum dentibus pre
cidit, illa econtra provocata in ira cum luto os eius & aures implens
penitus suffocavit

De morte plurimorum Prutenorum

Non longe postea exercitus Prutenorum intrans terram Colmensem
ipsam incendio & rapina & multa strage hominum xpianorum vexavit
Tandem venerunt ad civitatem Colmensem, ubi eis cives occurre
runt armata manu, & inito certamine capitaneum ipsorum & multos
alios interfecerunt & sic redemptus fuit captivus ab eis omnis po
pulus xpianus

De vastatione terre Colmensis &
occisione quorundam
fratrum & xpi
anorum

Post hec Stumandus, cum Sudowitis intrans terram Colmensem di
visit exercitum suum in duas partes, quarum una processit contra

thorum alia contra colmensem civitatem, occidentes capientes & comburentes quicquid in via occurrit eis. Sed circa horam vespertinam convenerunt apud castrum birgelau. Ibique castra metati sunt. In ipsa nocte fratres dicti castri cum suis armigeris exierunt & exercitum dormientem inquietantes occisis pluribus & letaliter vulneratis factus fuit clamor magnus, quo audito custodes qui vigilias noctis servabant super dictum exercitum iam parati armis supervenerunt & duos fratres cum dimidio & plures armigeros occiderunt

De impugnacione castri schonense & morte diwani capitanei barthorum

Demum dywanus capitaneus barthorum cum octingentis viris obsedit castrum schonense, & iuravit per potenciam deorum suorum quod nisi cito traderet castrum in manus suas ipse tam fratres quam armigeros suspenderet ante portam castri. In hoc castro non fuerunt nisi tres fratres & pauci armigeri, quibus armigeris induerunt fratres pallia sua & parvas sed territorium terrere obsidentium ut fratres plures appareret. Quo facto dum ordinatis ex utraque parte que ad impugnationem castrorum sunt necessaria, ad impugnationem accederet vulneratis de hostibus pluribus & occisis frater arnoldus crop sagittans cum balista dictum dywanum per collum transfixit quo mortuo alii infecto negotio recesserunt. Isti dywano blasphemo accidit sicut heliodoro qui cum vellet in templo domini erarium depredare occisus adeo cecidit in terram, & qui cum multis cursoribus & satellitibus ingressus fuit, nullo sibi auxilium ferente in sella gestatoria portabatur

De expugnacione duorum castrorum quorundam feodotariorum terre colmensis s. clemsot & alterius

Postremo Stumandus sudowitarum capitaneus, cum maximo exercitu sudowitarum & ruthenorum terram colmensem ix diebus rapina & incendio vexavit. Infra quos ix dies dum appropinquare cepit civitati colmensi genda miles de polonia dictus Kunrit proditam civitatem intravit quam ipse miles promisit se ad manus dicti Stumandi traditurum, unde dum visis hostibus cives menia ascenderent ascendit & iste sicut idem traditor dedit eis signum, sic una & altera vice sufflavit cornu suum quo audito cives perterriti dictum militem ceperunt & confesso quod voluit eos tradere ipsum & filium suum cum uno famulo ante portam civitatis suspenderunt. Stumandus videns se deceptum processit ad castrum hensoth & ipsum potenter expugnavit & xl viros qui ad custodiam eius deputati fuerant interfecit. Deinde castrum alterius feodotarii in literis dicti Cippel potenter & hostiliter intravit & occisis & captis omnibus in ibi existentibus utrumque castrum in cineres est conversum

De malicia pruthenorum scientium linguam teutonicam

Henricus monte capitaneus nattangorum, & multi alii pruthenorum qui a pueritia nutriti fuerant circa fratres multa mala fecerunt tempore persecutionis huius populo christiano, quia sepissime hoc accidit, quod quando exercitus infidelium pertransiit terminos fratrum populus christianus qui ad castra confugere non poterat, in silvis rubetis & paludibus se occultavit, quod senciens henricus predictus assumptis sibi pluribus armigeris accessit ad ea loca ubi talia presumebat & habens verba pacifica in dolo ait voce teuthonica, si quis latitat hic exeat sine timore, quia exercitus infidelium iam recessit cuius verbis dum fidem adhibendo exiret ipse cum suis omnes in ipsos quos ceperat vel occidit

De bello fratrum & civium de elbingo infra secundam apostasiam

& de quibusdam fidelibus pogesanis, qui fratribus
adheserunt

Dum surgeret secunde aposthasie persecutio quidam de pogesania
Nobiles licet pauci nō ingrati bñficijs sibi a magistro & fratribus ex
hibitis: relicta hereditate paterna cū omni domo & familia veni
ētes elbingum fratribus fideliter adheserūt

De destructione castri Wetrike
& alterius propugnaculi

Ci

Pogesani cū sudowitis & alijs gentibus de prusthia congrega
to exercitu valido circuiuerunt pogesaniā & pomesaniā ī principio
secunde aposthasie, & quotquot ibi xānos invenerūt captis mulie
ribus & parvulos occiderūt ¶ Deinde procedētes castrum elbingē
se impugnaverūt, & adeo infesti fuerant, q utique suburbiū expug
nasset, si nō quidam dictus Wirtel.. capitaneū ipsorum cū lan
cea transfodisset ¶ Quo mortuo turbati sunt vehemēter recesserūt
usque ad propugnaculum quoddam situm inter fluviū vogow & wesetā
flumē, in eo loco ubi weseta intrat stagnū drusine, & post modicā
impugnacōm in medio destruxerūt captis omnibus & occisis preter eos
qui navigio per drusmā evaserunt. Post hec cū videret sibi omnia
ad votum succedere, accedentes ad castrum wetrike situ supra
vogow fluvium, ipm post longam & durā impugnacōm, & obses
sorū virilem defensionē tandem in cinere redegerūt captis omni
bus & occisis

De expugnacione molendini liefardi
& morte plurium civium
de elbingo

Anno dñi mcclxxiii. Cum iā sambite nattangi barthi & warmienses

fatigati laboribus & expensis fidei & fratribus subdidissent pogesani
adhuc in pertinacia sua permanētes, congregatū exercitū suū circa
Elbingum in quoddam nemus locaverūt de quo pauci equites exeūtes
ante civitatē Elbingēsem se ostentaverūt quos cives de elbingo qui
continue circa se habebāt arma reposita sequētes aliquos interfe
cerunt. Sed dum se cives sic sequēdo, nimis elongassent a civitate:
pogesani qui in insidijs latitabāt exeūtes, viā redeundi ad civita
tem occupabant ¶ Quo facto cives angustiati nō valētes tante mul
titudini in campo resistere, ascenderunt molēdinū liefardi, q ad mo
dum castri aliqualiter firmatū fuit, accurrētes itaque pogesani dictū
molendinū acriter impugnaverūt. Sed cū cives adhuc nimis fatigati
fortiter se defenderēt pluribus ex utraque parte lesis, illi desistētes
a pugna per tempus modicū quieverūt. Cum secūdo vellēt accedere ad
pugnā pogesani hortabātur xānos ut castrum & se traderēt ī manus
suas alioquin omēs occiderēt & delerēt ¶ Tandem intervenerūt hec pacta
ut cives xxv. inter se pociores eis traderēt ut sic salvi alij pmane
rēt ¶ Quod cum factum esset pogesani rupto federe pacis ad ī
pugnacōm iterum accesserūt, & quia iā cives nō habebāt quo se de
fenderēt, illi apposito igne castrum cremaverūt, quo viso quidā pe
riculum ignis dū vellēt evadere occisi sunt alij saltantes de igne
in plures lanceas erectas per pruthenos ceciderūt reliqui sunt cre
mati, tantus ibi sanguis xānorū fusus fuit, q fluvius vicinus amisso
colore naturali sanguineus apparebat ¶ Refertur, a pluribus fide
dignis indubitanter debet credi, q dum hec agerentur quidā ī
menijs civitatis elbingēsis stantes ad spectaculū viderunt celum
apertum & ab angelis introduci animos occisorū

De subiectione pogesanorum & strage
magna eorundem & de
pace reddita xā
nis

Perturbati q[uod] magister & fr[atr]es de huiusmodi lamentabili eventu ad ulciscendam iniuriam interfectorum, congregaverunt omnem potentiam exercitus sui, & intrantes terram Pogesanie a fine usque ad finem rapina & incendio vastantes interfecerunt viros & mulieres & parvulos captos deduxerunt ¶ Insuper & castrum Helsbergk quod tunc fuit in manu Pogesanorum expugnaverunt, captis omnibus & occisis & ex tunc terra Prussie quievit in pace

De continuo insultu hostium &
variis tribulationibus
Xanorum prusschie
tempore secunde
aposthasia

Quot incomoda quot pericula quotque angustias fratres & alii fideles in hac persecutione, que ultra .XV. annos duravit, ab hostibus in singulis civitatibus castris & aliis locis perpessi sunt in sola dei cognitione ita subsistunt quod nullus homo nunc viventium posset ea plenius explicare ¶ Vix fuit aliqua hora in qua posset panem in saturitate panem comedere, nisi una vel duabus, vel pluribus vicibus surgeret ad pugnam ab hostibus propulsati ¶ Et ut verum fatear in eis fuit impletum quod de iudeis volentibus civitatem sanctam Jerusalem reedificare, gentibus ex adverso venientibus dicitur, quod media pars eorum faciebat opus & altera tenebat lanceas ab ascensu aurore donec egrederentur astra, una manu faciebant opus & altera tenebat gladium sed hii dei ministri ut docet apostolus in hiis omnibus tribulationibus necessitatibus, angustiis, plagis, carceribus, seditionibus, laboribus, vigiliis, & ieiuniis, in multa patientia quasi morientes vixerunt, quasi tristes semper aut gaudentes fuerunt ¶ Obsecro quod eos qui huic libro

lecturi sunt ne abhorrescant propter diversos casus, sed reputent ea que acciderunt non ad interitum, sed ad correctionem generis nostri, Et enim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere magni beneficii est indicium Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, ut eas cum dies iudicii advenerit in plenitudine peccatorum puniat. Ita ut in nobis statuit ut peccatis nostris in finem devolutis ita deinde vindicet, propter quod numquam a nobis misericordiam suam amovet corripiens vero in adversis populum suum non dereliquit

De secunda castri Bartensteyn
destructione

Sudowite audientes quod Barthi Warmienses & alii pruthem se fidei & fratribus iterum subiecissent indignati sunt, & convenientes cum magno exercitu in girum obsederunt castrum Bartensteyn, quod post recessum fratrum Barthi sibi ad usus suos reservaverant : destruxerunt, captis & occisis omnibus eciam in cinere redegerunt

De obsidione castri Beselede & morte duorum
militum Sudowitarum

Sequenti anno Sudowite, Nadrowite, & Scalowite cum maximo exercitu venientes, castrum Beseledam situm in silva dicta Kerze iuxta Bartensteyn obsederunt fortissime impugnantes, ¶ Quod cum videret Nameda mater Posdiaupoti de genere Intemirorum ait ad filios suos, doleo quod vos unquam genui, ex quo cum multis viris & gentem vestram ab hostibus defendere, de quibus verbis filius eius & alii castrenses provocati exierunt ad bellum & de exercitu infidelium ultro duo milia occiderunt ¶ Post hec fratres reedificaverunt castrum Bartensteyn & habitabant ibi usque in presentem diem

De bello Nattangorum & conversione
plurium de dicta terra

Anno domini MCCLXXIII. reversis ad sancte matris ecclesie unitatem Pogesanis Warmiensibus, Nattangis, barthis, & Sambitis factaque cautione debita per obsides quod nequaquam de cetero tam detestabilia attemptarent, sed fidei & fratrum imperio humiliter obedirent: Magister & fratres solliciti ad dilatandum terminos christianorum contra gentem Nadrowitarum arma bellica paraverunt. Postquam Gedetirsko pater Mantolonis castellanus de Rubow de quo superius est premissum se cum omnibus sibi adherentibus fidei & fratribus subdidisset, plures de Nadrowia viri potentes & nobiles venerunt ad fratres successivis temporibus cum omni familia sua, & renati fonte baptismatis, relictis ydolis servierunt deo vivo Iesu christo

De expugnacione duorum castrorum terre Nadrowie in territorio Rethowis

Frater Conradus de tirbergk magister considerans prudenciam & fidelitatem istorum nadrowitarum, & per eorum recessum terre nadrowie multum esse debilitatam, Misit fratrem Th. advocatum terre sambiensis & exercitum cum eis ad dictam terram nadrowie, qui ingressi territorium Rethowis rapina & incendio vastaverunt, & procedentes ultra ad duo castra dicti territorii post longum bellum inter eos habitum, tandem divino freti auxilio utrumque expugnaverunt, & occisis & captis multis hominibus ipsa cum suis suburbijs ignis incendio consumpserunt, Tantaque preda in equis pecudibus & alijs rebus recepta fuit quod vix eam deducere poterant

De expugnacione castri Otholichie

Non longe postea idem fr. th. advocatus de mandato magistri assumptis sibi pluribus fratribus & CL. equitibus cum multis

peditibus navigio procedentibus venit ad territorium Nadrowie dictum Catthow & ordinatis sagittarijs ad loca debita applicatisque scalis ad menia aggressi sunt ad impugnandum castrum otholicham, sed quia castrenses audierant quod fratres anno tam potenter alia duo castra expugnaverant desperati tanquam meticulosi non poterant diu resistere, sed post modicam impugnacionem pluribus de castro letaliter vulneratis; alijs cedentibus, fratres violenter intraverunt & occisis viris captisque mulieribus & parvulis ipsum funditus combusserunt

De expugnacione castri Kaminiswike

Deinde magister cum magno exercitu pertransiit terram Nadrowie cum incendio & rapina, & cum pervenisset ad castrum Kaminiswikam situm supra flumen Arse, ordinatis modo debito que ad impugnacionem sunt necessaria aggressi sunt ad castrum & vulneratis pluribus ex utraque parte, quia in castro predicto erant CC. viri in armis strenui: tandem post longum bellum cum magna difficultate habitum inter eos, fratres violenter intraverunt, & occisis viris omnibus supradictis captis mulieribus & parvulis cum inestimabili preda ipsum castrum penitus cremaverunt

De desolacione terre Nadrowie

Multa bella contra hanc terram Nadrowie gesta sunt gloriose, que non sunt scripta in hoc libro quia nimis tediosum esset singulariter omnia enarrare. Terra nadrowie licet adhuc haberet magnam potenciam armatorum & plures municiones tamen deposita omni ferocitate se fidei & fratribus subdiderunt preter paucos qui terram Lethowie intraverunt, sicque terra nadrowie predicta usque in presentem diem remanet desolata

Expugnatis per dei gratiam Nadrowitis fratres contra Scalowitas pugnandi acies direxerunt estimantes se nihil egisse tamen adhuc aliquid superesset agendum. Et nota quod aliqua que sequuntur gesta fuerant infra bellum Nadrowitarum, quia navigio poterat haberi aditus ad Scalowitas, quod Nadrowite commorantes longe a flumine Memele non poterant prohibere

De obsidione cuiusdam castri diuturna & quodam facto mirabili

Scalowite habebant unum castrum dictum Ragamita in quo dicta nocte in cuius obsidione Rutheni cum maximo exercitu fuerunt .ix. annis ante ingressum fratrum domus theutonice in terram Prusshie. Et tandem Rutheni fatigati laboribus et expensis quesiverunt ab obsessis de quo cibo viverent, qui dixerunt de piscibus. habebant enim in medio castri piscinam habentem in longitudine xx. passus & totidem fere in latitudine que cum habundabat piscibus qui sufficiebant obsessis omnibus ad vescendum. Quo audito Rutheni ab obsidione recesserunt. Et ecce mira res cum habundabat piscibus cum essent Scalowite infideles, nunc autem fovet ranas cum sint christiani nec habet dicta piscina tantum de aqua quod sufficeret piscibus ad manendum. Cur hoc sit nescio deus scit cuius incomprehensibilia sunt iudicia & investigabiles vie

De expugnatione castri Ragamite

Frater th. advocatus Sambiensis de mandato magistri duxit secum plures fratres & mille viros qui in impugnationibus munitionum fuerant plenius exercitati venit navigio ad terram Scalowitarum que sita est in utroque littore Memele, & accedens improvise ad castrum situm tunc in eo loco ubi nunc est castrum sancta Ragamita incepit ipsum impugnare, quidam scalis positis ad menia nitebantur ascendere sed cum Scalowite ex adverso

se opponere vellent sagittarii fratrum per crebra iacula ipsos repulerunt violenter, quod illis intrantibus per menia, alijs per portam castri, totam illam multitudinem infidelium qui plures fuerunt in castro quam fratrum exercitus continebat, in ore gladii extinxerunt. mulieres & parvulos cum maxima preda rerum aliarum secum duxerunt. Hoc facto castrum & suburbium eius & alia edificia que in circuitu fuerant combusserunt

De expugnatione castri Ramige

Ardua & quasi impossibilia humane nature, homo confisus in domino audet aggredi quia ex certis inditijs & signis evidentibus sentit sibi deum propitium. Unde frater th predictus cum exercitu suo ad litus Memele oppositum accedens castrum Ramige eodem modo impugnavit & licet in dicta impugnatione aliqui de suis vulnerati fuerant & occisi, tamen eodem die ipsum violenter optinuit & destruxit partim hominibus captis alijs occisis

De destructione castri Labegow

Cum autem hec ad aures Scalowita

Anno domini MCCLXXIIII Gregorius papa .x. habuit concilium lugduni pro subsidio terre sancte in quo greci ad unitatem sancte ecclesie redierunt nuntij quoque tartarorum baptizati sunt. Et Dominus Bonaventura cardinalis de ordine fratrum minorum mortuus est. Anno domini MCCLXXV. Innocentius papa .V. qui prius dicebatur frater petrus de tharentasia ordinis predicatorum & rudolphus rex romanorum regnaverunt. Hoc tempore primogenitus rudolphi regis veniens autonose de comite Saban[illegible] in reno submersus est

Anno domini MCCLXXVI. Adrianus papa .V. & rudolphus rex romanorum regnaverunt

Hoc anno albertus episcopus pomesaniensis edificavit castrum & opidum Risenburgk in terra prusshie

Eodem anno iohannes papa .XXI. natione hispanus magnum in arte phisica librum composuit qui Summa vel thesaurus pauperum dicitur. Hoc tempore rudolphus rex romanorum Ottackarum regem

rum devenirent, conturbata sunt omnia ossa eorum, & convenientes seniores populi consilium fecerunt in unum, quomodo se possent vindicare ¶ Ordinaveruntque concorditer CCCC. viros electos ad bellum qui navigio venientes ad castrum fratrum labegowe improvise, in ortu diei quiescentibus adhuc hominibus in stratu suo, ipsum expugnaverunt occidentes in eo quicquid masculini sexus fuit preter mulieres & parvulos quos exusto prius castro secum cum preda maxima deduxerunt

De vastatione terre scalowie

Sed quia facilitas venie incentivum tribuit delinquendi necesse fuit quod scalowite de delicto huiusmodi presumptionis quem subirent penam ne talia de cetero attemptarent ¶ Congregavit quoque magister & fratres validum exercitum in altone (?) premissorum qui cum venirent in terram scalowie, ipsam per incendium & rapinam pertransierunt, a fine usque ad finem in illa parte, que tangit terram prusticam factaque strage magna hominum mulieres & parvulos victos deduxerunt ¶ Medio tempore quo hec agerentur Stirnegota (?) capitaneus scalowitarum cum magno exercitu sequutus est eos, quod advertentes magister & fratres positis occulte insidiis, exercitum scalowitarum procedentem invaserunt & pluribus eis occisis alios in fugam converterunt

De Sarecka (?) traditione facta contra fratres

Fuit quidam vir potens cuius nomen Sarecka scalowita castellanus in castro Sarecka a nomine suo sic dicto, de illa parte scalowie que tangit terram lethowie, qui non habens virtutem armatorum quod posset fratres offendere, excogitata quadam fraude traditionis, voluit sub ficta specie boni eos decipere ¶ Misit enim nuntios suos ad commendatorem de Memelburgk, petens ab eo humiliter & devote, ut cum armigeris suis veniret ad eum qui cum tota domo & familia vellet relicta ydolatria, baptismi gratiam percipere, deduceret volenter quia non

nisi in manu potenti evadere infidelium manus posset ¶ Commendator audita hac legatione gavisus est gaudio magno valde & licet non posset habere plenam certitudinem huius facti voluit tamen sub spe lucri tot animarum aggredi rem periculosam & dubiam propter deum ¶ Assumptis ergo sibi fratribus quibusdam & armigeris processit, & in via occurrit ei quidam vir qui ipsum de traditione huiusmodi premunivit, asserens quod dictus Sarecka cum multis armatis ad eum & fratres occideret in itinere expectaret ¶ Hoc audito commendator non volens quod idem Sarecka de tanta iniquitate commodum reportaret convenienter cum improvise irruit in ipsum, & aliis pre timore in fugam conversis, ipsum cum octo potioribus de parte ipsius capiens deduxit ¶ In prima vero nocte cum fratres quiescerent in lectoriis suis idem Sarecka quia fortis erat robore solvit se a vinculis quibus ligatus stetit ad arborem, & arrepto gladio unum fratrem & tres armigeros interfecit, & alteri brachium amputavit in qua pugna & ipse etiam est occisus

De expugnatione castri sassowie

Frater Conradus de tirbergk magister hoc intellecto commotus est, & congregato exercitu quasi mille quingentorum equitum aliis cum xv. navibus procedentibus circa castrum scalowitarum Sassowia convenerunt & ad impugnationem eius viriliter

bohemie in bello occiditur & ducatum austrie filio suo alberto dedit qui postea factus fuit rex romanorum, & filiam suam dedit filio regis bohemie occisi.

¶ Anno domini MCC LXXVIII. Nicolaus papa iii. & rudolphus regnaverunt ¶ Hoc tempore rome tyberis in tantum inundavit & crevit ut per xiij. pedes & amplius ascenderet super altare beate marie rotunde ¶ Anno domini MCCLXXX Karolus rex salernitanus & postea rex sicilie corpus marie magdalene revelavit ¶ Eodem Anno albertus magnus colonie moritur ¶ Hoc etiam anno sanctus iodocus (?) in diocesi pomesaniensi in prusthia cepit facere miracula

ter accedentes ipsum post longam altercationem potenter expugnaverunt, et partim captis ~~hominibus~~ hostibus, aliis gladio trucidatis in cinere redegerunt.

De desolacione terre Scalowie

Multa bella alia sunt gesta per fratres contra Scalowitas que tediosum esset scribere. ¶ Postquam vero potiores terre huius cum suis subditis subvertentes iusticiam et subdita viderunt sibi deum terribiliter offensum, et fratribus nullo modo propicium, non audentes ultra divine potencie resistere ad christianos relicta paterna hereditate successive cum omni domo et familia sua se transtulerunt. ¶ Communis autem populus audiens quod duces exercitus sui per quos bellum gerebatur recessisset, subiecit eciam se fidei christiane. ¶ Sicque terra illa fuit sine habitatore multis annis.

De apostasia IIII Pruthenorum et captivitate commendatorum de Cristburgk et Elbingo cum fratribus multis eorum.

Cum ergo sub innumeris expensis et laboribus, infinitisque angustiis ferocem illam gentem et indomitam Pruthenorum, non sine maxima strage fidelium, fratres iugo fidei uno altera subiecisset et crederet quod esset pax et securitas: repentinus supervenit interitus. Nam inimicus humani generis hostis fidei, pacis emulus diabolus intrans in corda ipsorum provocavit eos ut iterum rebellionis calcaneum erigeret ac contra stimulum indurata nequitia calcitraret. ¶ Cuius consilio acquiescentes omnes preter fideles Pomesanos, facta conspiracione apostasie vitium committere intendebat. ¶ Nullus tamen publice audebat se fratribus opponere preter Pogesanos, qui commendatorem de Elbingo et Helwicum de Goltbach, commendatorem de Cristburgk et

eorum socios armata manu invadentes captos deduxerunt, sed quidam ductus providentia statim ipsos liberavit. Capellanum ipsorum sacerdotem per gulam ad arborem suspenderunt et quandam familiam ipsorum interfecerunt. Reliqua pars familie in fugam conversa cum evasit.

De occisione malefactorum Pogesanorum

Hoc tempore frater Th. de Ildelove advocatus Sambiensis de Almania reversus, Sambitas qui ipsum tenerrime dilexerunt, ab errore huiusmodi revocavit quod cum Nattangi et Warmienses perciperent, et ipsi a concepta malicia destiterunt, promittentes bona fide fratribus fideliter adherere. ¶ Congregato itaque magno exercitu frater Conradus de Tirbergk magister et fratres intraverunt terram Pogesanie, et viris sine numero interfectis vastataque terra incendio et rapina, mulieres et parvulos captos deduxerunt. ¶ Dum autem hec agerentur tam viri quam mulieres maledixerunt cuidam Sambite dicto Bonse camerario de territorio Pubeten asserentes quod ipse huius nefandi criminis auctor fuisset motivum primum et origo quia hic Bonse voluit habere manifeste duas uxores et quia fratres hec prohibuerunt, provocatus in iram omnes quasi Pruthenos ad apostasiam incitavit. Unde exigentibus eius demeritis morte quam meruit est dampnatus.

Ad idem

Eodem anno tempore autumpni fratres iterum armata manu intraverunt predictam terram Pogesanie, et vastata iterum incendio et rapina, captis et occisis omnibus preter paucos, qui cum familia sua versus Lethoviam ad territorium castri Garthe se transtulerunt, ipsam in solitudinem redegerunt.

De vastacione terre Colmensis et destructione castrorum eiusdem

insulae sanctae mariae Santirii Cristburgk et destructione castri clementis

Hoc tempore fuit in terra colmensi quidam frater bertoldus de Northusen provincialis commendator, qui licet esset providus dispensator in cura domestica tamen ad bellum nimis fuit inhabilis quia minorem ad singula sensus, quia non obstitit insultationi infidelium ut debebat. Unde Sudowite sepius intraverunt terram colmensem et facta magna strage in populo dei vastataque terra incendio et rapina recesserunt et cum sentiret quod nullus resisteret eis ausi fuerunt cum modico exercitu dictam terram colmensem hostiliter subintrare. Tandem magister fratrem hermannum de Schonebergk virum in bellis exercitatum constituit in commendatorem provincialem dicte terre qui eis viriliter restitit quia quotiescunque Sudowite cum ~~magno~~ parvo exercitu intraret terram colmensem, ipse cum armigeris suis audacter occurrit eis et aggrediens eos in bello vicit et occisis pluribus alios in fugam convertit et hoc toties reiteratum fuit, ut adeo totque occisi fuerunt quod Sudowite amplius venire sine magno exercitu non audebant. Provocati ergo de tanta strage suorum et tam variis dampnis, que incurrerant in terra colmensi Scumandus capitaneus Sudowitarum cum IIII milibus gentis sue et virtute exercitus Lethowinorum potenter intraverunt terram colmensem in die XI milium virginum et mortem suorum multipliciter vindicabat. In primo congressu castrum quoddam feodotarii dictum Pilluwist situm supra flumen Osse graviter impugnaverunt et utique destruxisset, sed tandem hec pacta intervenerunt ut castrenses duos viros expertos conducerent, qui exercitum infidelium duceret et reduceret per terminos Christianorum et sic salvi permanerent. Quo facto processerunt

ad castra scilicet Redinum, Lipani, deinde ad castrum Welsais cuius suburbium funditus cremaverunt. Post hec castrum dictum Turnitz cuiusdam feodotarii durissime impugnaverunt castrensibus e contra se opponentibus et licet illa die non proficeret impugnando mansit tamen illa nocte in obsidione eius sed crastina die cum sentiret castrum firmatum pluribus armigeris, quam ante, sine impugnatione ab terra recesserunt. Post hec venerunt ad castrum clementis, quod fuit cuiusdam feodotarii, et undique vallantes impugnaverunt, tandem igne apposito penitus combusserunt, et centum homines Christiani fuerunt in eo extincti preter mulieres et parvulos quos captivos deduxerunt. Ultimo processerunt contra hec castra et civitates scilicet Grudencz insulam sancte marie et Santirium, et Cristburg et quicquid occurrit eis in via vel occiderunt aut ceperunt vel in cinerem redegerunt. Denique cum inestimabili preda hominum Christianorum et aliarum rerum recesserunt; quanta mala et quam magnam stragem in populo dei et quanta convitia fecerit iste exercitus sacramentis ecclesie et ministris nullus sane mentis posset sine lacrimis cogitare

De bello Sudowitarum et de bello finali terre prusshie

Expugnatis et quietatis domino iesu christo cunctis gentibus terre prusshie, restabat adhuc una et ultima scilicet Sudowitarum et potentior inter eos, quos fratres non in humana virtute nec impugnatorum multitudine sed in divine protectionis auxilio confisi, viriliter sunt aggressi attendentes quod non solum caput et alia pars corporis, sed etiam cauda hostie secundum preceptum domini in sacrificio iubetur offerri. Ut ergo fratres hostie sue finem consumationis apponerent inceperunt bellum contra terram Sudowie in hunc modum.

De vastatione territorii Kimenow terre Sudowie

Frater Conradus de Tirbergk magister & plures fratres cum mille & quingentis equitibus intraverunt terram Sudowie & territorium quod dicitur Kymenaw, depopulati sunt & preter occisos quorum multi fuerunt: mille captivos homines cum spolio aliarum rerum fere innumerabili deduxerunt. Sequenti die dum exercitus fratrum redeundo venisset ad silvam que dicitur Wause, Sudowite cum tribus milibus virorum electorum sequuti sunt eos, quos fratres cum suis viriliter invadentes, occisis multis & vulneratis letaliter, usque ad tres eorum introitum fugaverunt. In hac pugna de exercitu fratrum nisi sex viri ceciderunt interfecti, alij salvi sunt reversi

De depredatione terre Polonie

Hoc tempore Lethowinorum exercitus validus intravit Poloniam & vastatis Bristensi, Lunczensi & Dobrinensi confinijs per incendium & rapinam, tantam stragem fecit in populo xano occidendo & captivando quod numerum eorum nemo potuit veraciter estimare

De eodem & de morte octingentorum Lethowinorum

Non longe postea octingenti viri equites de Lethovia destruxerunt in parte terre Polonie, que dicitur Kersaw. x. villas & occisis multis xanis cum magno spolio recesserunt. Medio tempore quo hec agerentur vir deo devotus Lestekinus dux Cracoviensis congregatis multis milibus virorum ascendit in montem quendam & ait. Quicumque formidolosus non est ascendat ad me ut hodie vindicemus iniuriam crucifixi, & ut breviter concludam ipse sicut Gedeon de multis milibus iiii. ccc. viros optinuit cum quibus certamini se dedit, & hostes de dei misericordia qui neminem deserit sperantem in se uiri

liter est aggressus & captivis xanis primo liberatis inimicos fidei percussit plaga magna, sic quod de octingentis viris vix x. presidio evaserunt

De destructione territorij Sud dicti Merunishe

Frater Conradus magister semper sollicitus circa destructionem infidelium, congregata magna potentia exercitus equitum & peditum intravit Sudowie territorium dictum Meruniskam cum equitibus alijs relictis in introitu terre predicte & occidit dominos huius territorij famosos. xviii. de alio populo promiscui sexus interfecit certos & captivavit & dictum territorium vastavit per incendium & rapinam.

De latrunculis

Mira & insolita gesta sunt per latrunculos xanos s. per Martinum de Golin, Conradum dictum Dyvel & quendam dictum Stovemel & Kudare de Sudowia & Nakam de Pogesania & plures alios quos nullus posset ad plenum perorare. Iste Martinus cum iiii. viris theutonicis & xi. pruthenis quandam villam in terra Sudowie expugnavit captis hominibus & occisis. Et cum longe commeatu ubi ob timorem postpositis sedes omnes pervenisset ad talem locum ubi cum socijs suis refectionem sumeret post laborem, irruerunt repente in eum hostes & occisis iiii. socijs eius theutonicis alij evaserunt relictis ibi omnibus que de armis & victualibus habebant. Et hoc facto Sudowite gavisi sunt valde, Martinus autem turbatus circuivit in silvis quousque socios suos superstites convocavit, & quia omnia arma fuerant eis ablata ipse sequente dormientibus hostibus sagaciter furatus fuit eis clipeos gladios & lanceas, quibus habitis accessit cum suis occulte & omnes in stratu suo occidit, preter

unum quem Martinus percipiens manum qua effugere voluit interfecit sicque cum spolio primo et dictoriam infidelium armis et rebus aliis est reversus

Ad idem

Item Martinus et pauci alii iterum intraverunt terram Sudowie quandam villam, et in crepusculo cum aliqui essent in balneis, alii in tena reliqui in diversis officiis invaserunt eos et occiderunt eos omnes Martinus autem x viros in balneo interfecit, sicque equos et pecudes et cetera cum mulieribus et parvulis deduxerunt

De fuga Sudowitarum

Eodem tempore Sudowite volentes vindictam sumere de premissis cum modico exercitu intraverunt terram Nattangie et depopulata quadam parte ipsius modica recesserunt, quos fratres cum suis armigeris violenter insequentes occisis plurimis et letaliter vulneratis alii cum verecundia effugerunt

De fratre Conrado magistro terre Prusshie Anno domini MCCLXXIX.

Frater Conradus de Tuwrwangen magister Prusshie decimus prefuit i anno. Hic mortuo fratre Conrado de Tirbergk magistro terre Prussie et fratre Ernesto magistro terre Lyvonie ab infidelibus occiso nunciis utriusque terre a magistro generali petentibus datus fuit a Prusshie et Lyvonie fratribus in magistrum Anno domini MCCLXXX. Sed elapso uno anno cum sentiret, quod non sufficeret ad utriusque terre regimen resignato officio suo in Prussia magister solius terre Lyvonie remansit.

De vastacione territorii Pokime terre Sudowie

Hoc tempore de magistri mandato frater Conradus de Tirbergk minor, Marsaltus terre Prusshie, congregata omni potentia exercitus sui intravit terre Sudovie territorium dictum Pokimiam, et facta

destructione magna per incendium et rapinam, captis et occisis multis hominibus dum rediret transiit cum exercitu suo post horam vesperarum glaciem illius stagni quod dicitur Rogothin, Mane autem facto dissoluta fuit glacies sic quod conversionis eius vestigium non patebat

De fratre Mangolde magistro Prusshie Anno domini MCCLXXX

Frater Mangoldus magister Prusshie xi prefuit ii annis. Iste fuit prius commendator in castro ~~Cristburgk~~ Konigsbergk ubi multa bona gessit et factus magister terre Prusshie, cum tam fere duobus annis prefuisset, vocatus ad capitulum post electionem celebratam de fratre Burgardo de Swanden in magistrum generalem ordinis domus theutonice in reditu mortuus est.

De vastacione terre Sambiensis

Tempore huius magistri fratris Manegoldi Sudowite ex premissis et variis afflictionibus castigati per fratres ultra modum turbati sunt et concepta contra ipsos indignatione nimia, consilium fecerunt quomodo possent oppressionem huiusmodi vindicare et quia per se non poterant adiunctis sibi auxilio Lethowinorum intraverunt potenter terram Sambie Et quia fratres longo tempore de hoc fuerant premuniti. Unde nihil aliud facere poterant nisi quod x diebus pertransierunt terminos dicte terre, et habitationes et alia que extra castra et municiones site fuerant cremaverunt et sic occisis de exercitu suo v viris recesserunt

De impugnacione terre Sudowie et captione et morte plurium Sudowitarum

xxxx.

Medio tempore quo iste exercitus infidelium fuit in terra Sambie, frater Ulricus Bauwarus commendator de Taplow cum xii fratribus et CCL viris equitibus intravit Sudoviam, et preter alia dampna quibus

a
afflixit eam incendio & rapina. Cl. homines cepit & occidit,
uxores nobilium filios & filias & familiam captivavit sic quod Sudo
Wite hic plus perdiderunt quam in Sambia sunt lucrati.

De bello fratris Ulrici contra
Sudowitas

Hic frater Ulricus totus fuit magnanimus audebat n.
aggredi ardua facta que periculosius inspicere formidabat.
multa & infinita dampna intulit Sudowitis. totiens contra
eos bellum movit quod magister timens ex hoc sibi aliquid nota
bile periculum evenire, prohibuit eum ne de cetero ipsos impugna
ret sine sua licentia speciali. ¶ Et cum quereretur ab eo quare
sic infestus esset ab ipsis. Respondit, non curarem quid agerem ut
possem vulnerari ab eis .V. vulneribus sicut Christus pro me fuerat
vulneratus & sic factum fuit ei, quia Sudowite tandem ipsum in
bello vulneratum .V. vulneribus occiderunt

De conversione cuiusdam
Sudowite & mira
bili facto

Hoc tempore quidam nobilis Sudowita dictus Russigenus
cum omni domo & familia venit ad commendatorem de Balga & cum
vellet interesse divinis prohibitus fuit. Cuius prohibitionis causa
cognita babtizatus fuit cum omni familia sua. & statim post
babtismum incepit infirmari positusque ad lectum misit pro quodam
fratre sacerdote de Balga qui ipsum babtizaverat petens ut eo
humiliter ut ipsum in fide Christi informaret, quod ipse sacerdos cum
omni diligentia adimplevit. & circumspiciens vidit de longinquis factum
ad pedes ipsius signum crucis quod ipse Sudowita sibi iusserat prepa
rari, de quo sacerdos admirans quod talis eodem die babtizatus
tantam ad fidem Christi gratiam haberet: cepit inquirere, utrum

ante susceptam fidem aliquod boni egisset. Respondit quod multos christianos inter
fecisset de aliquo bono facto nihil sciret preter hoc solum quod cum ipse
cum magno exercitu intrasset Poloniam quidam Sudowita ymaginem bea
te virginis Marie cum filio in gremio gerentem deportavit & in reditu
domum cum lanceis suis ad dictam ymaginem sagittaret, ipse de hoc dolens
moleste rapuit & dictam christiano dedit dicens, Accipe ymaginem istam
dei tui & reporta ad locum ubi in reverentia debita habeatur. Quo
facto apparuit ei beata virgo in specie & habitu pulcherrima in
somnis, & dixit, hoc obsequium quod michi fecisti in ymagine mea, tibi
in regno filii mei refundetur ¶ Quod cum ipse Sudowita sacerdoti
retulisset, statim quasi eodem die in domino feliciter obdormivit

De edificatione castri Margen
bergk

Anno MCCLXXX castrum Santiry mutato nomine & loco translatum
fuit ad eum locum ubi nunc situm est & vocatum nomen eius Mergen
bergk i. castrum sancte Marie ad cuius laudem & gloriam hec trans
latio facta fuit

De destructione territorii
Sudowie dicti Cra
sime

Frater Manegoldus magister ut bella Sudowitarum per predecessores
suos viriliter inceptum non tepesceret tempore suo sed proficeret de
die in diem congregavit omnem virtutem exercitus sui, & in die puri
ficationis beate virginis Marie intravit territorium Sudowie dictum
Crasima vastando per incendium & rapinam habitationem etiam illius potentis
viri Scumandi capitanei dicti territorii redegit in villam. & cap
tis & occisis .Cl. hominibus cum preda maxima est reversus. ¶ Iste
exercitus cum dictum territorium intrare vellet erravit & in illo errore
ex dei providentia factum qui nichil solet agere sine causa dispersus fuit
& sic intrans territorium occupavit & destruxit ¶ In hoc bello fratres
Ulricus Bauwarus commendator de Capostin & magister ... ceciderunt

interfecti, & fr lodewicus de libentele captus fuit

De captivitate prima fris lode
wici de libentele

Frater lodewicus de libentele vir nobilis & in rebus bellicis ab ado
lescentia exercitatus mira gesta fecit in vita sua que inferius appare
bunt ¶ Hic dum captus esset presentatus fuit scumando, qui qua
similis ei fuit a iuventute multum dilexit eum, vnde accidit quod ipum adhuc
in captivitate positum duxit secum ad locum ubi potores terre sudowie
convenerant ad potandum, In hac potacione quidam vir nobilis & potens frem
lodewicum contumelijs & iurgijs ad turbacionem animi provocavit vnde ait
ad scumandum, duxisti me huc ut iste vir meum miserijs affligeret ver
bis suis Cui respondit scumandus doleo de turbacione tua & si audes vindica
iniuriam tibi factam, ego te iuvabo hoc audito fr lodewicus animatus
fuit, & emulum suum gladio interfecit ¶ Postea fr lodewicus per quandam
famulum dicti scumandi liberatus fuit a captivitate & ad fres deductus

De conversione Scumandi capita
nei Sudowitarum

Iste scumandus potens fuit & dives in territorio sudowie dicto crasima
& cum impugnaciones continuas fratrum non posset sustinere, cessit de terra
sua cum tota familia & amicis ad terram russie in qua dum per tempus
aliquod habitasset fatigatus exilio rediit ad terram nativitatis sue
quod percipientes fres ipum in bello iterum invaserunt, tot vicibus eum vex
antes quod tandem cum omni domo & familia sua fidei & fribus se sub
iecit De vastacione territorij sudowie
dicti Selice & secunda cap
tivitate fratris lo
dewici

Eo tempore quo fr dianegoldus magister vocatus ad capitulum esset in itine
re constitutus fr Conradus de tierbergk marscalcus cum multis fribus

& maximo exercitu intravit sudowie territorium dictum siliatam
copiosus fuit iste exercitus, quod multarum spacium leucarum occupavit
ubi omnia edificia dicti territorij redegerunt in favillam Occide
tes quandam nobilem dictum wadole capitaneum ibidem, & plures
alios predam inestimabilem deduxerunt ¶ In hoc exercitu fr lode
wicus de libentele multis vulneribus letaliter vulneratis, semi
vivus in nive fuit derelictus, quem sudowite postea invenientes
super equum positum sic quod caput & brachia ex una parte
& crura ex altera dependebant, tam inepte deduxerunt quod sang
uis de vulneribus manans iam in corpore coagulatus, coactus est
violenter effundi & sic sanatus fuit ut veraciter estimabat ¶ Tunc
fr lodewicus iterum captus presentatus fuit cuidam nobili dicto Can
tegerde & eius custodie deputatus

De desolacione castri potterbergk
& edificacione castri gey

Swantepolcus quondam dux pomeranie de quo superius est
premissum, ... habuit filios Mestowinum primogenitum quem
ut dictum est dedit in obsidem ¶ Samborum Wartislaum & qua
dam alium, iste Wartislaus factus fuit fr ordinis domus theutoni
ce & partem ducatus que ipsum contingebat dedit fratribus domus theu
tonice & partem ducatus predicti que ipsum contingebat dedit fribus
domus theutonice in prusthia in elemosinam ¶ Samborius videns quod de
parte sua non posset honeste secundum status sui dignitatem vivere
re tradidit eam predictis fribus, ut ipi & familie sue in necessa
rijs providerent. Idem fecit quartus fr & ut hec donacio firma esset
& in perpetuum valitura hij tres renunciaverunt omni accioni iuris vel
facti que ipsis vel eorum successoribus in dicto ducato competebat
dantes super hoc literas suas fribus sigillorum suorum munimine robo
ratas ¶ Mestowinus autem audiens hec violenter has tres partes du

tatus pomerania occupauit & multis fribus detinuit multis annis.
¶ Tandem uenit dominus philippus eps firmanus legatus a
sede apostolica missus ad terram polonie cracam quo fr Conradus
de tirbergk mgr conquestus fuit de moletia, q dictus Mestowi
nus fecit fribus de prusthia in hys tribus partibus ducatus
pdicti & ad probandam se & fres habere meru ius in illis optulit
priuilegia memorata ¶ Audita ergo utriusq partis allegacoe &
resignatis priuilegys pdictis a fribus, & quicquid habebant iuris
in hys bonis Idem legatus ordinauit compositione inter eos hoc
modo q fres domus theutonice haberent territoriu dictuu Wan
teke i dicto ducato pomeranie, ubi nuc situm e castrum gymeria
& sic cessaret omnis discordia inter eos ¶ Vn fres Anno dni
MCClxxxiii transtulerunt de terra colmese castrum potterbergk
& cum edifitys eius castrum gymewani edificauerunt in eu locu
super uistulam ubi nuc situm e ad laude & glam iesu xpi

De fratre Conrado de Tirbergk
magistro prusthie

Frater Conradus de tirbergk iunior magister prusthie .XII. p
fuit .v. annis cu dimidio ¶ Hic fr Conradus fuit germanus
fris Conradi de tirbergk magistri supradicti, & erant ambo uiri
strennui i armis & i factis omnibus glosi ¶ Prosperatu q fuit
bellum cotra infideles i manibus ipsorum, ita q ad uotum eis
omnia succeserunt

De uastacione cuiusdam
partis terre Sambie

Anno dni MCClxxxiii octingenti uiri de lethouia equites tpe
hyemali per uiam curoniensem intrauerunt sambiesem terram
& duo territoria eius .s. abendam & pubetam per medium &
rapina uexauerunt, occidentes .Cl. homines xanos & nullo eis re
sistente oms salui redierunt ¶ Hoc ideo accidisse creditur indubitater

quia magister & fres presentientes ipos le
thowinos uenturos expectabant eos cum
exercitu per dies aliquot tandem acce
diati de longo i mora quam i uia ultra
solitum contraxerat dispersi redierunt
ad propria ¶ Sequenti autem die letho
wini intrauerunt sambiam, & sine aliquo de
fensionis obstaculo fecerunt q superius e
premissum

De edificacione Castri
Noue in terra Sa
bie supra li
tus ma
ris sal
si in
terre Curoniensi

Fr Conradus mgr ut uir sapies & prouidus
considerans q per uiam uia utiq oc
cultam possent fratribus & terre Sam
bie multa dampna & pericula ab infide
libus subariri: edificari fecit in dicta
ueria sup litus maris salsi castrum fir
mu quod dicitur Noua domus ne letho
wini terram sambie intret amodo in
prouise

De expugnacione Castri
Kymenowie & co
cremacione mille
& sexcento
rum
Sudowitarum

¶ Anno domini M
CClxxxi Marti
nus papa .iiij. & Ru
dolphus rex roma
noru regnauerut
¶ Hoc tempore
Mense februarij
piscis marinus i
effigie leonis, cap
tus fuit i illa pla
ga maritime, q si
ta e uersus monte
altu & portatus
apud urbem uete
rem q multitudo
curialium uenit
ad uidendu mos
trum hoc quia
pellis eius pilosa
fuit pedes breues
cauda leonina
caput leoninum
aures os dentes
& linguam habuit
quasi leo refere
batur quod nec
captione plantus
horribiles emise
rat, sic q multi
pnosticabat futu
ra ex hoc ¶ &
ecce no longe post
in regione senlie

